uirium etiam defferre possem: cognosceres profecto paucos homines
uiuere, qui pro meritis suis maiori gratia a me ornati essent.
Sed ut me tuo munere ad hanc rem transigendam auxilio,
sicut nuper adiuuisti consilio, ita te rogo ut uix pro ulla
magis quicquam rogare possim. Ego enim quod ad tuum consilium, et
ad mea re attinebit scripsi ipsi amico nostro, quas litteras te cupio
prius legere, ut si forte perturbabitur romano more scripserim, quo
utor tu ipse more uulgi transcribas, et pro me blandiaris. Nihil
enim huiusce suspitionis apud homines eruditum subesse puto hominem
commentarios damiani nostri (a) me editos in epistolis senece
ad paulum. Quinternum non tum dedi uetturino feltrensi, qui
iussu tuo illum a me requisiuit. Quod autem ualitudinem tuam bene
curaueris maxime gaudeo. Verum si te uidere contingerit tua repe-
tente studia, magis certe gaudio meo cumulus accedet. Vale.

## Gasparinus pergamensis

Antonius amicus meus, et meo etiam tuus, a te ex-
ceptus per humane fuerit prius litteris eius quam tuis cer-
tior factus sum: scripsit enim ad me te sibi ad omnia, que ex te
optauit officiosum fuisse. Quare magnas habeo tibi et dico
gratias: quod illis quod mei (?) literam liberaliter te ipsum prebes (?). Numeraui
ducatos octo Francisco nostro, quos prius ab amico in renuncia-
tum fuit, eos a te suscepisse. Curabis ut egregio uiro
Johi Blandano carus sit, non enim tam ex habitu, quantum ex
animo iudice. Vale.

## Gasparinus pergamensis

QVUM iam absoluissem litteras, quas ad te, et danielem
nostrum dederam, Jeronimus tuus conuenit me, et ultro
mihi pollicitus est operam suam apud questores nostros pro pecunia
in connumeranda. uix duo aut tria uerba mecum fecit. Sequenti die
cum iam sol ortus esset me ad domum ex questoribus duxit. Quid
egerit ibi pro me, et qua celeritate negotium meum confece-
rit. Ex hoc potes cognoscere, quod omnibus postpositis, non argentum,
sed aurum statim mihi quousque ad summam, quam expectabam
fuit connumeratum. Vides marcele mi quanto animo apud fratrem
exceptus sim, et quantis molestiis ipse me liberauit. discussit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0086
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG